



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Pauli Laymanni e Societate Iesu Jus Canonicum
Commentario Perpetuo Explicatum**

Et Uberi Non Minus Ac Varia Qvam Clara Et Solida Doctrina Illustratum

Commentarius In Librum III. Decretalium

Laymann, Paul

Dilingae, 1698

Capitvlvm III. Litteratura.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-62482](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-62482)

*Si puer impubes voveat aliquid, validè
vovet, modo usum rationis habeat, &
mortaliter peccare possit.*

NOandum. Votum emissum à puero, seu impubere validum est, & obligationem parit, si rationis usum habeat, ita ut peccatum mortale admittere possit, juxta regulam Glossæ in c. mulier 14. c. 32. q. 2. qui potest se obligare diabolo, potest etiam se obligare Deo, & docui l. 4. t. 4. c. 1. n. 2. in fine. Facile tamen per dispensationem relaxari potest: imò hæc sola causa, quòd ab impubere editum sit votum, sufficiens esse videtur ad dispensationem *argum. hujus cap.* & notavit *Abbas n. 2. Sanchez l. 8. de mat. D. 20. n. 13.* ubi notat, quòd Papa potuisset per dispensationem penitus, & absolute relaxare hoc votum, cum etiam per irritationem, à parente, vel tutore tolli possit, prout docui in cit. t. 4. c. 7. n. 10. tamen commutationem admisit, quia id conforme est Ecclesiæ consuetudini, & consultius voventi, uti colligitur ex verbis: juxta consilium nostrum.

Quærent. Cum puer fidem alteri dederit, ideòque jus illi acquisitum sit, quomodo Papa absolvere potuerit puerum in præjudicium socij. Varia respondet *Innoc. And. & Abbas hic* Dico cum *And. n. 4.* non fuisse hoc præjudicium pecuniæ æstimabile, sed cujusdam Societatis commodum, quod per se cessat, sublata obligatione voti; sicuti, si aliquis ex mutua conventionem cum socio votum edat de ingredienda Religione, & postea pœnitens impetret à Pontifice dispensationem à voto, non erit injurius erga socium, cum ipse illum non impediat, quò minus ingrediatur Religionem, aut peregrinationem instituat, etiam sine socio illo. Deinde in nostro casu non est difficultas, quia, ut ex integra lectione apparet, socius contentus fuit, ut, qui in puerili ætate voverat, absolveretur, cum rem istam Pontificis judicio commiserit, & ideò si quod

CAPITVLVM III.

Litteratura.

PARAPHRASIS.

Magister A. cum in periculo esset constitutus, hæc verba protulit: *nondum incitatorabor*, proponens in animo, quòd Religionem intrare vellet; sed quia postea opere non implevit, conscientia angustipit, & Alex. III. consultus, is respondit, amplius in voto non est procelum, quòd transgressor censi non possit, si non impleat, quòd dixit.

SUMMARIUM.

Simplex Propositum an sit votum?

NOandum. Simplex propositum, quantumvis firmum de bono opere faciendo, in honorem Dei non est votum, nisi votum esse definitur, promissio de opere meliore Deo deliberatè facta, uti docui l. 4. t. 4. c. 9. at verò promissio deliberata in hoc distinguitur à simplici voluntatis propositio, quòd illa in se continet voluntatem alteri obligandi, ideòque requirit à alterius acceptationem; at verò simplex propositum continet voluntatem se obligandi, sicuti explicavi l. 3. t. 4. c. 2. & ita docet *S. Thomas 2. 2. q. 28. a. 1.* & bene hic declarat *Abbas n. 2.* & sumitur ex l. 2. ff. de pollicit. Nam autem dubitans, votumne Deo ediderit, an tantum propositum conceperit, pro obligato se habere debeat, docui l. c. t. 4. s. n. 31.

CAPITVLVM IV.

Scripturæ.

PARAPHRASIS.

Quæsitum est ex Alexand. III. utrum illi, qui votum ediderunt, sepulchrum Domini